



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

De ardentissima D. N. Iesu Christi ad Patrem Precatione: eiusque perpetua  
efficacia. xljj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

tamur, modo propter Christū vincimus. Nec mirum: sicut ut Deus viciisset, nihil ad nos: cùm autem ut homo id fecerit, nos quoque in ipso id facimus.

**SENTENTIÆ PRÆCLARIORES**  
ex memorabili prectione D. N. Iesu Christi,  
qua sub finem vitæ suæ filios Ecclesiæ suæ, tan-  
quam pius paterfamilias, Deo Patri commen-  
dauit.

Ex Ioannis Cap. 17.

De ardentissima D. N. Iesu Christi ad Patrem pre-  
catione: eiusque perpetua efficacia.

POST adhortationem & consolationem discipulorū,  
Pabiturus Dominus, suoſq; relicturus, eos pro more  
boni patrisfamilias Deo patri commendat: ad quem  
quamus ipsi opus non esset oratione, nunc tamen, ut &  
aliam, orationem ardentissimam habuit: ut et per eam  
discipulis testam facheret suam erga ipsos dilectionem,  
curam, & prouidētiā, & corum in se atque in Deum  
patrem fiduciam confirmaret. In primis autem orat  
pro sua, patrisq; clarificatione: deinde pro discipulis:  
ac postremo pro fidelibus ceteris, qui per illos erat cre-  
daturi. Non existimabimus autem eam tunc à Chri-  
sto tanto affectu effusam unā cū externo sono euauisse,  
sed etiam in conspectu Dei præsentem esse & aquæ  
effacem firmiter credemus. Neq; enim Christus post-  
quam in celum ascendit, definit etiam hodie precari:  
sed vox huius prectionis semper pro fidelibus sonat in  
auribus Dei: conservat uniuersam ecclesiam. Est enim  
sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech.  
Ideoq; è quod maneat in eternum, sempiternum ha-  
bit sacerdotium: unde & salvare in perpetuum potest,  
accidens per semetipsum ad Deum: semper viuens ad

CAPUT  
XLIII.

Psal. 109.  
Heb. 9.

Q. 2 inter-

## 244 CONSOL. EX PRÆCAT. CHRIST.

Rom. 8.

interpellandum pro nobis. Sic etiam ad Romanos scribit Apostolus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* *Quis accusabit aduersus electos Dei?* Deus qui iustificat: *Quis est qui condemnat?* Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Complectemur igitur hanc Precationem memoria, eamq; cordis nostro imprimamus: & coniungamus cum ea etiam nostras preces, ut ea sustentati vincamus omnia seculihius mala: & mente in cælum ad Deum Patrem, cuius unigenitum filium Aduocatum nostrum semper erit, consequamur celestia bona, benedictis Patris ab origine mundi preparata.

Matt. 25.

## SENTENTIA I.

Sableuatis Iesus oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clatificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem Vita æterna, ut cognoscant te filium Deum verum, & quem misisti IESVM  
CHRISTVM.

## PARACLESIS.

CAPUT  
XLIIII.Ioan. 16.  
Heb. 2.

**C**hristus D. N. de patientia verba faciens, proponit unde exemplum accipiant. Proprius post hanc admonitionem ad orationem concertatur, evidiens nos, ut in temptationibus, omnibus omissis, ad Deum configiamus: omnem nostram in eo collocates fiduciam. Ipse enim Pater, ait, amat vos. Et benignissimus Redemptor noster, non angelos, sed semen Abrabæ apprehendit,